Servicij coram se produci curent. Sumas si quę sunt in eadem scultetia litime inscriptas possori possorum vero Sculteciae praefatae praedicto Joanni Trepka adiudicent tum si nulla suma inscripta fuerit, proventus eiusdem more recepto taxent et obtinent aliaque omnia perficiant quaecunque exemptionis negotium de iure requirere videbitur. Apellonem tamen ad nos non nisi a sententia diffinitiva admittant. Vnius duorum vel trium Fid. vrarum absentia non obstante Pro re.

Mandatum

Sigismundus etc.

Honesto Alberto Miedzwinskij Sculteciae nostrae in villa nostra Miedzwin consistentis ad Capitaneatum nostrum Crepicen pertinentis occupatori vel quaeris modo possori aliisque omnibus et singulis ius aliquod se ad eandem Sculteciam habere putantibus Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam Honesti Fid. nobis dilecti Dedimus consensum nostrum nobili Joanni Trepka ad redimendam sculteciam praefatam in villa Miedzwin de manibus Fid. vrarum quam in rem deputavimus certos commissarios nostros Mandamus itaque Fid. vrae ut posteaquam ab eisdem Comissarijs nostris requisiti fuerint coram ipsis compareant literas super sumas in eadem sculteci litime inscriptas producant, acceptaque suma Fid. vrae iuste et litime servientes de eadem Advocatia dicto Joanni Trepka condescendant eumque in pacam possionem ipsius cum omnibus attinentijs mittant Pro gratia nostra et officij sui debito.

Mandatum ad Jus supremum Maydeburgen

Sigismundus etc.

Honoratis Advocato et Scabinis Juris supremi Maideburgen Castri nostri Crac. Fid. nobis dilectis Gratiam nostram Regiam. Honorati Fid. nobis dilecti. Intercedit causa et actio Famato Paulo Pawlikowicz Actori contra Andream Wegrzin citatum occone instita lamanio quam Actor iure retractus ad se pertinere asserit Si igitur per viam apellonis ea causa ad Judicium vestrum devoluta fuerit atque alterutra partium decreto Judicij vestri gravatam se putaverit Mandamus Fid. vrae ut apellonem non nisi ad Judicium nostrum admittant. Pro gratia etc.

Confirmatio

Sigismundus etc. Significamus

Exhibitas nobis esse nomine et ex parte Nobilis Julij Casaris Mingolini literas Pargamaneas infrascriptas Arendam Advocatiem villae Glewiecz in districtu Proszovien sitae cum omnibus suis attinentijs in se continentes manuque Reverendi olim in Christo Patris D. Petri Myszkowskij Episcopi Crac. subscriptas et sigillo eiusdem